

EPISTOLARVM
SIGISMVNDI FOLIANI
LIBRI QVINQVE,
CAROLO EMANVELI,
TAVRINORVM ET
ALLOBROGVM DVCI
SERENISSIMO
NUNCVPATI DICATIQ.

Itemq. Orationes duodecim,

Cum Indicibus duobus, vno eorum, ad quos scriptæ
sunt epistolæ, altero rerum scitu dignarum.

CVM PRIVILEGIO.



УЧЕБНО-МЕТОДИЧЕСКОЕ ПОСОБИЕ
ПО МАТЕМАТИКЕ ДЛЯ ДЕТЕЙ
С НАРУЖЕНИЯМИ ВИДОВ ЗРЕНИЯ

Авторы: [Имена авторов]

Рецензент: [Имя рецензента]

Издательство: [Имя издательства]

Год издания: [Год]

УДК [УДК]


Математика

Учебное пособие предназначено для детей с нарушениями зрения, обучающихся в специальных образовательных учреждениях.

Издательство: [Имя издательства]


В пособии изложены основные понятия и правила математики, необходимые для освоения предмета. Пособие содержит много примеров и упражнений, помогающих закрепить полученные знания.

Учебное пособие предназначено для детей с нарушениями зрения, обучающихся в специальных образовательных учреждениях.



SERENISSIMO
PRINCIPI
CAROLO EMANVELI,
TAVRINORVM
ET ALLOBROGYM
DVCI,

Sigismundus Folianus .



OLENT, Serenissime Dux,
qui Principibus libros inscri-
bunt, in exordio, vt ab illis
gratiam incant, ab vltima
origine eorum generis & anti-
quitatem, & laudes repe-
te. quos ego quamquam improbare non pos-
sum, hoc tamen tempore minime sequor.
Cum enim consilium cepissem quædam mea
a 2 scripta

scripta clarissimo & amplissimo nomini tuo
inscribendi, non induxi animum Serenissimæ
familix tuæ aut res in pace & in bello præclare
gestas, aut genus ipsum à Regibus ac Cæsari-
bus ductum, aut in summa tuas singulares pla-
nèq. regias virtutes, & cum virtutibus consen-
tientes actiones explicare. Siquidem & anna-
lium monumentis illa omnia esse mandata; &
tuas diuinas actiones a luculentissimis huius
ætatis scriptoribus consignari, ut monumentis
mandentur, maxime intelligebam; illudq. ani-
mo meo identidem obuersabatur, nihil tibi isti
imperio nato, & Dei opt. max. beneficio, sicuti
videmus, ad hæc tempora nato, posse addi; quò
illustrior & amplior esses. Namque tu ipse vir-
tutibus profus regijs maiorum tuorum, tuamq.
maiestatem egregie conseruas; &, cum Regis
Hispaniarum maximi & omnium optimi P H I-
L I P P I gener, Galliarumq. regis olim poten-
tissimi F R A N C I S C I ex filia nepos, regibus
dignitate atque amplitudine exæquæris: tanta ta-
men facilitate & humanitate & audis omneis,
& decernis omnia, vt, quæ societas humani-
tatis cum grauitate difficillima est, in te sum-
ma appareat; ac, quod caput est pietatem,
quantam decet Principes in terris Dei mini-
stros,

stros, ubique & religionem sanctissimo Numi-
ni piè castèq. tribuis, & colis sanctissimè. Cum
itaque Celsitudinem tuam (mihi placet nomine
vti iam diu usitato) nullo meo præconio indige-
re iudicauerim, tantum audeo abs te petere,
quod me ad hæc scribenda impulit; vt pro-
pter istas singulares, & verè regias virtutes, in
primis ob ipsam humanitatem, æquo animo
patiari, quæ a me, vt dixi, scripta in lucem ius-
su eorum, quorum voluntate reguntur mea,
studia, nuper edidi, tuo clarissimo & amplif-
simo nomine ornata in studiosorum manus
peruenire. Sunt enim Epistolarum ad viros vel
ex doctrina notos & claros, vel nobili genere
natos, vel in aliquo dignitatis gradu locatos,
vel postremo ad studiosos bonarum artium ado-
lescenteis scriptarum libri quinque: præterea ali-
quot Orationes. In quibus, quantum studio
efficere potui, & res, de qua agebatur, passa est,
illud dicendi genus secutus sum, in quo & no-
stra & patrum auorumq. memoria præstantissi-
mis ingenijs homines elaborauerunt, vt illam,
quæ imitando quæritur, orationis formam expri-
merent. Quod vtrum sim affecutus, aliorum
esto iudicium: certe quidem volui; & in eam
curam ab incunte ætate incubui, ne Barbarie vel
ipse

ipse inquinarem, vel qui in disciplinam mihi traderentur, ab eis inquinari paterer linguam Latinam. Cuius dignitas, ex quo in urbem Romam peregrinitas infusa fuerat, labefactata, & superiore altero seculo in antiquum statum pæne restituta, his temporibus siue laboris fuga, siue nimio Etruscæ linguæ studio ab Italis permultis deformari cœpit; ut periculum sit, ne, si à Reip. Christianæ Principibus, à te potissimum, qui in hac re, ut in ceteris & parentis & auorum institutum summa cum laude tenes, eiusmodi incommodo, quasi morbo, non occurreretur; ipsum Latinæ linguæ, eaq. re etiam Græcæ, studium, quo Diuini humaniq. iuris, totiusq. Philosophiæ cognitio & scientia ad recte viuendum necessaria continetur, tetris tenebris & sempiterna obliuione breui obscureretur, atque obruatur. Sed ut redeam, vnde vis quædam doloris me abripuit, non negarim, Serenissime Princeps, me adductum fama regiarum tuarum virtutum, atque humanitatis, qua in summa animi magnitudine temperatus diceris, huiusmodi consilium cepisse tuo nomini clarissimo & pulcherri-
mo has epistolas & orationes uti inscriberem; non profecto, quòd te his decorari posse arbi-
trarer,

iraret, quem non magis maiorum gloria & triumpho, quàm propriæ regiæq. virtutes ornant, decorant, honestant; sed quòd tuo nomini, tamquam alicui numini, dicatas non solum eorum, qui se æquos rerum æstimatores profitentur, iudicium non formidaturas, sed invidos etiam & obtrectatores nauci habituras existimarem. Quapropter ipsarum Epistolarum, & Orationum codicem Celsitudini tuæ mittere non sum veritus, atque orare, uti eas, qualescumque sunt, cum propter meam propensionem ad Latinitatis cognitionem in possessione retinendam, tum magis ob istas clarissimas diuinasq. virtutes tuas, & earum decus humanitatem, & denique in litteratos homines, quam egregiam esse omnes prædicant, voluntatem, libenti animo accipias, summæ meæ in Celsitudinem tuam obseruantia ac reuerentia argumentum. Ad hæc, cum sex ab hinc annis alias epistolas Guerrerij illustribus honore ac nomine iuuenibus, meis olim discipulis inscriptas edidissem, factumq. esset eorum incuria, qui typis æneis litteras effingentes libros imprimunt, ut mendis scaterent, ex eis quædam, quas magis probarem, emendatæ ut iterum imprimerentur, & in postremos duos libros

broſ concludæ cum his ; quas nuperrime ſcri-
pſi , conglutinarentur , curauĩ ; ne vnius corpo-
ris quaſi membra in diuerſas parteis diſtracta
uiderentur . Viue felix Princeps Sereniſs. faxitq.
Deus immortalis , ut non modo imperio & glo-
ria , ſed liberis etiam in dies magis floreas ; idq.
& qui nunc viuunt videant , & poſteri etiam
vehementer lætentur .

Mediolani, ex Academia Thaëgiaſia Kal. Sept.

CIO IO LXXXVII.

nem neglexisse, ut sibi minus necessariam, iudicandi viam totam esse persecutos, ut maxime necessariam ad disputandum: eaq. re eos habuisse (ut testatur ipse Cicero) genus orationis exile inusitatum, abhorrens a vulgi auribus, absurdum inane & ieiunum. Quod Quinctilianus non negat, cum illos rebus magis acutos, quam oratione magnificos dicit fuisse. Quibus enim potuerunt esse eloquentes, cum spreuerint eam artem, sine qua iudicandi ratio non magnum prabet usum loquentibus? Quae cum ita sint, intelligimus ac concludimus, M. Tullium eloquentia parentem, & principem, optima ratione adductum, ut inuentionem priorem ordine naturae, & ad usum nempe oratorium potiozem. quam artem iudicandi, diceret: cum perspicuum sit, sine inuentione iudicandi rationem oratori nulli usui esse. In quo cur Maioragius a Tullio dissenserit, haud facile suspicari possum: nisi illud fuit in causa, quod licet natura inuentio prior sit, ad usumq. oratorium etiam potior; illam tamen artium scriptores sunt posteriore loco persecuti: ut appareat Maioragius acutè magis, quam iuste arguisse Cicerauem, vel de quo Iudicio loqueretur in Topicis, non satis animaduertisse. Vale. Burmij.

NATALI COMITI, Canturium. 21

CVM hodie mane inter doctos quosdam viros in bibliotheca Antoniana de Italis hominibus, qui doctrina eleganti praestare dicantur, sermo haberetur; tuq. horum in numerum ab illis adscriberere: quidam ex isto municipio, qui te aliquando hospitem habuerit, iniecit in sermone, istic te habere domicilium. quod licet non possem adduci, ut crederem, cum tamen fortunam in bonis dominari me non fugiat, fieri potuisse suspicatus sum, ut aliqua tempestate iactatus montes ad istos, tamquam ad portam aliquam appuleris. Quamobrem, nisi ille,

ille, qui hoc nuntiauit, isto nomine, quo mihi notus es, cum quopiam alio communi, deceptus alium Natalem, pro Natali Comite, qui Athenaei cœnas ex Graecis Latinas fecit, cuiusq. mentionem faciebamus, habuit; te rogo, ut uel ad me cum Mediolanum venies, diuertas; uel si forte occupationes id non ferrent, des aliquid litterarum, quò te istic esse, non alium, cui idem nomen sit, a te ipso, hoc est, ex ipsis litteris tuis cognoscamus.

Quod enim ab ineunte aetate virtutum tuarum & eruditionis fama tantum inductus, te, de facie mihi minus notum, ita semper amavi, ut, si occasio se se obtulisset, nullum amici hominis officium essem praetermissurus, qui potui tui cupidissimus videndi non esse, atque oblata tandem occasione ad te non exarare has litteras? quibus & ego, quò te beneuolentia tacitus comprehendendi, eam declararem; & tu omnia a me tibi promissa fore certo scires. Vale. Mediolani.

HORATIO TVSCANELLO, Venetias. 22

TANTA non tam voluptate affectus ex Pompilij fratris filij ad nos reditu, quantam profecto cepissem, si ille quod optabam, ad te reuerti potuisset. Verum, uti nos persuasum habemus, illum tantos in virtute ac litteris progressus te magistro potuisse facere, quibus maiores numquam facturus est, alij traditus in disciplinam; sic tu non alia de causa, quam de qua Pater illius in suis litteris tecum agit, huc fuisse remouatum, debes existimare. Sed tibi, sub quo rudimenta posuit, quibus sine in his studijs, in quibus versamur, litterarum procedere, & longius progredi nemo potest, non solum habemus gratiam, sed si dabitur facultas, aliquando etiam referemus: tantum abest, ut, quo tibi nomine nos esse suspectos dolemus, beneficiorum in illum tuorum simus inmemores. haeret enim in nobis, semperq. haerebit illorum memoria. Multa causa fuerunt,

angustia passa non sint, huius tamen fortuna non valde peniteat. Non duxi uxorem. quid enim ducerem in tanta cum rerum tenuitate, tum corporis mei imbecillitate? Sed de statu meo habes; redeo ad tuum: qui talis ut sit, quem fortuna temeritas labefactare nequeat, & opto, & Deum ita precor, ut magis ex animo pro me precari non possim. Hoc enim mihi dabis, ut, cum tui amantissimum me esse tibi persuaseris; in te expetendo, & tibi omnia secundissima optando nemini concedam. Vale. Mediolani.

PRIMO COMITI, Herbam. 13

EX Ioannis Antonij fratris tui viri boni, & non illiterati obitu magno dolore te fuisse affectum, qui non putat, cum ego nihil humani in homine, & quod fieri nequit, hominem prorsus hominem non esse, existimare, ut credam, facile adducor. atque, ut prudentiam, & cum hac animi, quam dicunt, altitudinem tibi inesse, tam mihi sit persuasum, quam quod maxime; si quis tamen iustissimum dolorem tuum, cui resistere, nisi sensus plane expers, non potuisti, fratris charissimi morte non esse commotum, tuo isto animi robore & magnitudine confisus, dicere non dubitet, ei nullam fidem habebo. Quare te doluisse, quantum humanitas amorq. in fratrem tuus postulavit, indicaui; ac non solum illius interitum, quem ego quoque amabam, agrè tali, sed quem ex eo dolorem te hausisse sum arbitratus, pro nostra amicitia ipse etiam dolui. Sed quid agamus: cum ea lege nati simus, ut, cum vita imperatori, hoc est, Deo libitum fuerit, de hac quasi vita statione decedere non recusemus? qua in re tamen cum fratre tuo praeclare esse actum, cui quod paucis contigit, ut, cum vita ei acerbior propter morbum & ipsam senectutem esse cœpisset, cum illa apud suos honestam mortem commutaret, non minus ceteris,

gras, quàm suis desideratus; equidem cum illius mortui manibus
 gratulor, tum Deo opt. max. ago gratias: quem supplex oro,
 ut nobis eiusmodi, quem fratri tuo attulit, mors exitum affe-
 rat. Hac breuiter ad te, non tam uti deberem molestiam, cum
 vel ipsa dies, quam te non expectasse, sed tua sapientia ei res
 occurrisset exploratum habeo, medicinam afferre potuerit: quàm
 ut intelligeres, me de tuo quidem mœrore cogitantem doluisse,
 de sapientia uerò in medio dolore voluptatem accepisse.
 Vale. Mediolani.

FRANCISCO CICEREO,
 Mediolanum.

14

ANNIBALIS Crucey viri optimi, & non vulgariter
 eruditi, & elegantis poëta interitu ita doleō, ut, qui cum illo
 maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniuncti fue-
 runt, maiorem animo dolorem non possint capere. quid qua-
 ris? prorsus mihi omnis est hilaritas erepta: nam, ut illius mor-
 tem a quo ferre animo nemo possit, ut lugeat Senatus, ut ma-
 reant amici ceteri, ut uniuersa ciuitas perturbata sit; mihi
 tamen ille moriens præcipuum quendam dolorem inussit. Non
 te fugit Cicerei, quantum eum virum amauerim virtutis tan-
 tum nomine, antequam me in amicitiam reciperet, quantum
 etiam laborarim, ut apud illum amici in gratia ponerent. po-
 stea, cum tua commendatione in primis deligere me cœpisset,
 & beneuolentiæ etiam ea mihi dedisset indicia, quæ ijs tantum,
 quos charas incundosq. haberet, dare solitus erat; videbar
 mihi, non solum eius amoris in me, & indicij fructum immor-
 talem cepisse, sed doctorum hominum, qui illum amarent, si-
 mul amorem panè consecutus: itaque omnibus Latisijs incede-
 bam. Nunc autem morte ab eo cum vita commutata, lacrymis
 & luctus traditus sum, nec lenationem doloris aliunde expe-

Bb Eto,